gradus et minuta centri residuos suppone loco planete. et hoc iuxta denominacionem fractionum ut gradus sub gradibus minuta sub minutis. Decimo septimo per hos itaque gradus centri ac minuta residua multiplicabis primo equacionem loci. secundo equationis latitudinis. tertio elongacionis equacionem solis: per tabulam ad 60 minuta, partes proporcionales in suis locis ponendo et illas cum suis titulis servando Decimo octauo penes equacionem primam verum loci in columna multiplicata ad dies: accipe minuta et secunda cum suo titulo. Decimo nono diligenter considera si in introitu dierum in linea prima sinistra superationis, precise non inuenisti dies superacionis. sed minores, tunc vide qui sunt dies superflui. nam per eos dies superfluos multiplicabis minuta et 2a supposita sub linea, ad dies sic nominata. Et pars proporcionalis servanda est cum suo titulo.

Et si dies superacionis non essent superflui tali operacione non indiges

Vigesimo Et quia ultra dies superacionis sunt hore servate. Ideo ut praxis sit integra. accipe etiam penes equationem

o o o 6i habz tiz M. 6i poo. A
tur adde

prima loci ex linea ad horas sic inti-
tulata. uta et secta. Vigesimo primo
Per has horas adherentes diebus suparacionis multiplicabis uta et secta sumpta ex linea ad horas. et veniet pars
proporcionalis secta servanda cum suo
titulo Vigesimo secundo. has partes proporcionales videlicet prima et secdam
in simul adde. Et hoc facis ideo. quia
utriusque partis proporcionalis est titulus A. Et quod manet addicione facta
diligenter serva. Vigesimo tertio
Ab eodem motu proveniente ex addicione prime et secde partis proporcionalis subtrahe partem proporcionalem
olim provenientem. ex equacione loci
Et quicquid remanet post subtraccionem
adde. vel minue a vero loco sumpto
per gradus centri ac dies suparacionis.
Adde: si numerus prime vel secde partis
proporcionalis agregatus habuerit A
Minue si habuerit n. Vigesimo
quarto eunde verum motum
locum in signis et
gradibus: semper adde ad motum radicis
sumptum per signa et gradus centri

		Gra	m
☉ { latitudo / declinatio est }		3	2
		3	5
		gra	m
♃ in Ariete 7 gradu		2	8
Latitudo magna { septentrionalis	4		
{ australis	6		
		gra	m
♀ in Ariete 8 gradu		4	56
	gra	min	
♄ utraque	4	58	24

h de Lunegiis

Pf
Insf
3
Dl
L
Prim
ina
dies
dim
qu
Iteri
tra
dili

quando complet(ur) mot(us) aliquo p(ar)te: duplet(ur) s(ecundu)m ... in gradib(us) plus fuerit (quam) 30 abiciat(ur) et p(ro) abiectio(ne) ... 1 ad s(ecundu)m

olim servatum in signis et gradibus 5. 9
et proveniet verus motus planete 2. 28
Et hec quo ad primam partem canonis 00
sufficiat

Pars secunda

De latitudinibus planetarum

Latitudinem vero planete sic invenies
Primo confer oculos ad latitudinem cum
sua equatione: sumpta per centrum atque
dies superacionis Secundo cum angue latitu:
dinem confer ad sequentem latitudinem immediate ...
... descendendo. et ea extra scribe
tertio minorem latitudinem a maiori sub:
trahe. et veniet differentia latitudinum. quam
diligenter serva Quarto. vide si primo
introitu dies superacionis in prima linea dier:
um, non invenisti. sed minores. tunc hos di:
es minores. confer ~~immediate~~ ad dies
immediate ad sequentes descendendo: et ibi
acceptos dies: extra scribe Quinto 120
Ab his diebus extra scriptis, subtrahe 110
tuos dies minores superacionis. cum quibus
primum introitum fecisti. et proveniet differentia
dierum. Sexto per hanc differentiam dierum

divide dram latitudinem hoc modo Pone
dram latitudinem in superiori ordine . et
dram [dierum] in inferiori . quibus sic dispositis: quere
dram dierum in superiori parte tabule: et quere
dram latitudinem [130] in Area tabule . si precise
reperiri pot, si no . tunc minorem: ex cuius
opposito versus sinistram partem in prima li:
nea / sumito quocientem . correspondentem
fractioni secundorum [18] . et veniet motus
latitudinis [vnius diei] extra signandus: et hoc sub
latitudine prius sumpta [motus [illegible] diei] iuxta fractionem
sua vz in diebus . Septimo . et si

qd [illegible] una hora [illegible] 18 [illegible]

cuius est habere pro certa hora latitu:
dine . tunc eum quocientem secundorum: 18 .
divide per 24 . tali modo quere 24 in parte
superiori tabule: et quocientem secundorum
semper inventum in linea sub 24 . et hoc
Arealiter, si no invento: ex opposito eius
numeri supti Areatim . in prima linea
sinistre partis . Accipe quocientem specta:
tem . fractioni [45] secundorum . Ac etiam
si aliquid [illegible] fractioni terciarum . et proveniet lati:
tudo planete pro certa hora Octavo
Si vis habere motum pro una hora quod

tam curiosu) hunc numeru provenientē
m̄ quocientē 45 vel secundorum et terciarum
divide per 60 hoc pacto · quere 60 in parte
superiori tabule · et numeru secundorum Are:
atim · ex cuius opposito in prima linea sinistre
partis accipe quocientē deservientē uni mi:
nuto hore que extra signa · et appone ad quo:
cientē pro horis prius inventu · **Nono** 18
Iste motus inventus per divisionē pro die :
multiplicetur per dies superfluos supationis
C cum quibus nō potuisti intrare pro in:
veniendo motu planete) et hoc p tabula
ad 60 rta · et proveniet pars proporcionalis
addenda : ad partē proporcionalē proveni:
entē ex equatione ntoru **Decimo**
Motu latitudinis pro certa hora, multi: 45
plica per horas adherentes, diebus supacois
et proveniet: pars: proporcionalis · addenda ad
partē proporcionalē provenientē ex equa:
tione minutoru **Undecimo** : mo:
tu minuti unius hore, etiā multiplica
per minuta adherentia diebus supacois :
Et proveniet pars proporcionalis addenda
etiā ad partē proporcionalē provenientē
ex equacoe ntoru **Duodecimo**
Parte proporcionalē equationis a la:

titudine prioris introitus. Et hoc ideo facis nam equatio habet titulum M. et prove:
niet latitudo planete vera septemtriona:
lis. vel meridionalis

Apendix

Verum tamen, si latitudo primi introitus fuerit minor quam secundi. tunc omnes motus pocreati multiplicative per dies horas ac minuta debent addi. ad partem proporcionalem equationis. Si vero latitu:
do secundi introitus fuerit maior. quam primi introitus. tunc talis motus predictus debet subtrahi a parte proporcionali equa:
tionis

Tertia pars canonis de elongatione solis.

Quam sic invenies Primo considera si precise in prima linea invenisti dies superationis tunc non eges tali negotio. Et si non in:
venisti precise in forma. sed minores tunc elongationem primi introitus confer ad numerum immediate sequentem des:
cendendo. hoc est accipe elongacionem solis respectu sequentium dierum superationis ad infra tendendo. et eam elongationem acceptam extra scribe. Secundo elon:

gatione minore a maiori abice. et pro:
veniet dra elongationum, qua diligeter serva
TERTIO Dies minores superationis inven:
tos in linea prima, subtrahe a diebus im=
mediate sequentibus descendendo. et mane:
bit tibi distantia dierum, inter dies supe:
rationis minores, atque dies sequentes ma:
iores, quam diligenter observa QUARTO
Dram elongationis solis divide per distan:
tiam dierum. tali modo. Pone dram elon:
gationis in ordine superiori. et distantia
dierum in inferiori, Quere itaque sub di:
stantia dierum dram elongationis, qua in:
venta. accipe quociente in prima linea
correspondente utis. et proveniet elonga:
tio solis in diebus, quam observa QUINTO
Quande elongatione dierum divide per 24
hac serie pone elongatione dierum in ordi:
ne superiori. et 24 in inferiori. Quere
itaque 24 in parte tabule superiori. et sub
eis elongatione dierum. qua inventa acci:
pe in prima linea sinistre partis quocien:
tem, utis deserviente. et veniet motus
in una hora, servandus SEXTO motum
in una die provenientem multiplica per

dies superationis superfluos, cu quibus nō intrasti · et hoc per tabula ad 60 nta · et veniet pars proporcionalis prima, servanda

Septimo motu in una hora multiplicabis per horas adherentes diebus · supationis · Et proveniet pars proporcionalis scda · quam adde prime

Octauo hunc motu provenientem, addicōe facta adde · ad partē proporcionalē olim · servata · provenientē ex multiplicatione gradum superfluoru centri · atq equatione elongacōis

Nono hac equacōem sic equata, adde ad elongatione priōris introitus sumpta · Et proveniet elongatio solis · pro certo die · hora · ac nto

Apendix Si equatio elongationis solis habet titulu A · tunc illa adde ad elongatione sua. Si vero equatio elongationis solis habet titulu ·M· tunc ea equatione ab elongacōe solis abice · hoc em servato nullu errore patrabis

Apendix

Si numerus dieru radicu excederet numeru revolutionu · tunc numerus revolutionis debet subtrahi, a radicibus

dierum . et quod manet, queratur inter dies linee prime sinistre partis, planeta:rum . et ut res clarior esset . tabula re:volutionum subiecta est planete cuilibet

	D	H	M	2
☽	21	13	18	36
♄	318	2	12	0
♃	398	21	12	0
♂	119	22	23	0
♀	583	22	14	0
☿	115	21	5	0

Capitulum Decimum septimum

Breviora via ~~reduces~~ radices plane:tarum . in mediis motibus perficies Pri:mo . annos tuos propositos, quere in tabu:la radicum . et nos si precise habere non potes . tunc propinquiores accipe . et re:gione quorum radices sume in mediis motibus Secundo . ab annis tuis propositis abice annos . quos in tabula radicum invenisti . Et qui anni post subtractionem manserint . querantur inter annos collectos . in prima linea . ex quo:rum opposito, sumatur motus in signis

et gradibus et supponatur priori motui
Tertio dies tuos propositos etiã quere in
linea dierũ. hoc tamẽ vno servato
& si dies nõ sunt a principio anni com:
putati. reducant per tabula mensiũ fo: vj
vbi semper dies precedentis mensis. sumi
debent, nec oblivioni tradendũ est. q̃ re:
spectus ad menses cões et bissextiles est
habendus, vt olim monui Quarto si
hore sunt alique, tuc cũ illis in tabla
horarũ intrabis. singula iuxta suas fra:
ctiones sumendo. et prioribus subdere
Quinto. Si etiã mĩta ac scda habue:
ris. tuc ea omnia ex tabula horarum
suscipies. Et iuxta suas denominacões
omnia repone Sexto horũ omniũ
fiat agregacõ. et quicquid prosiliet erit
mot9 medius planete

Capitulum decimũ octauũ

Si vis cognoscere an planeta aliq̃s
sit direct9 Stacionari9 vel retrograd9,
Primo diligenter considera q̃ qũ
intras in tabulas cũ centro planete. ut
habeas eius motũ verũ. tuc vide

titulum sub loco planete · nam si pones titulus directus · dices planetam esse directum · Si vero invenies titulum retrogradum · dices planetam esse retrogradum Secundo

Si vis scire si est stacionarius · tunc vide circa quam diem ponitur titulus retrogradus tunc ea die dices planetam esse stacionarium statione prima · Et quando incipiet dirigi id est post retrogradationem moveri secundum successionem graduum · tunc est in statione secunda

Capitulum decimum nonum

de orientalitate et occidentalitate planetarum · a sole · Utrum planeta sit orientalis a sole vel occidentalis per elongationem solis ab eo cognosces · Elongatio autem solis ex 16 canone cognoscitur · Unde quando aliquis planeta mane oritur prius quam sol : et distat a sole per 3 signa · id est per sextilem aspectum quod vocant quidam Almugeia · tunc planeta dicitur esse orientalis : ac virtutis maiore, et si in ortu solis, solem sequuntur occidentales sunt · At si elongatio solis esset a planetis ante et post · novem graduum · tunc planete eo in casu : combusti censentur fieri

quando autem planeta distat 2 · ii diebus ab illo planeta quando oritur ... combustus [illegible]

ad [illegible] [illegible] ☉ et ☽ ex [illegible] [illegible]
[illegible] medius motus ☉ et ☽ [illegible] argumentum
[illegible] latitudinis ☽ non [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] medium et argumentum

Et in sua maxima debilitate **Apendix**. Planete superiores quemadmodum ♄ ♃ ♂ cum sunt orientales fortiores existunt. at occidentales debiles. Inferiores vero ut ♀ et ☿ cum sunt orientales debiles sunt. occidentales vero fortes.

Capitulum uigesimu

Luminarium coniunctiones cum indagare volueris. **Primo** annum christi mensem quem: quem proponis, ac in corpore tabule describe **Secundo** folio 230. annos christi quere inter annos collectos. quos si non poteris invenire. tunc minores propinquiores sume / e regione quorum ista quatuor suscipe **Primo** superationem dierum horarum ac minutorum. **Secundo** locum coniunctionis medie. **tertio** argumentum medium lune **Quarto** argumentum latitudinis lune. **tertio**. Si tibi sunt anni expansi eos folio 231 in linea prima sinistre partis inter annos expansos quere. Ex quorum opposito tolle ista quatuor, superationem, locum coniunctionis medie. Argumentum medium lune. Et argumentum latitudinis lune et prioribus subiice. **Quarto** mensem cuius vis coniunctionem scire in tabula mensium

folio 231. quere et ex opposito mensis
precedentis ista quatuor accipe. supputationem, lo-
cum coniunctionis medie. Argumentum medium
Argumentum latitudinis lune. Et ea susce-
pta prioribus suppone. Apendix bifari-
os esse menses. communes ac bissextiles, ne o-
blivioni tradas. Quinto Radice christi
folio 230 in tabula radicum christi quere
illic singula suscipiendo, supputationem. locum
coniunctionis. Argumentum lune. Argumen-
tum latitudinis lune. prioribus subiciendo
Sexto Hec omnia simul agregato. Septimo
Intra in tabulam, que vocatur tabula bre-
vis revolutionum. folio 230. et ibi quere
dies maiores, propinquiores, quam illi sunt
qui in agregato facta manserunt. quibus
inventis in tabula describe. dies. horas
minuta. Locum solis. Locum lune. Argumentum
lune. Argumentum latitudinis luna. et
ea prioribus spatio interiecto subiice. Octa-
uo Ab his diebus horis ac minutis propin-
quioribus ex tabula brevi revolutionum sum-
ptis. subtrahe dies. horas. ac minuta. Locum
vero solis. Argumentum lune. Argumentum
latitudinis lune. adde ad motum sibi suppositum

Apendix nec silentio pretereundum est
quociens in gradibus centri plus creverit
quam ~~306~~ 360 · abiciantur, et residuum
pro centro servatur · Nono habeas ar:
gumentum solis · ex capitulo iiij, quam subtrahe
a loco coniunctionis medie, et manebit ar:
gumentum solis · quod diligenter serva · nam
mediante illo · locus verus coniunctionis
solis deprehenditur Decimo · Intra cum
eo argumento solis ~~ad [illegible]~~ in tabula
ad hoc designata · que habet principium
folio · 234 et continuatur usque ad folium
256 · Et ibi in fronte tabule · quero argu:
mentum solis in signis et gradibus, ubi potes:
quibus inventis descendendo in linea prima
per transversum tendendo ad dextram parte
sume locum solis in signis et gradibus ac minuta
Et loco radicis suppone · Et in columna se:
quenti · ad horas sic intitulata · minuta et
2a accipe · et subice priori loco iuxta suas
fractiones · Undecimo · hunc locum solis
per eius argumentum acceptum; adde ad lo:
cum radicis medie coniunctionis · et veniet
verus locus solis in signis et gradibus:
cum medio eius motu in horis vere minuta

et secta que sunt accepta ex tabula per ar
gumentum solis. Duodecimo Intra in ta:
bulam lune, argumento lune supposita, que
habet principium folio 256; et illic ubi po:
tes quere gradus argumenti lune radicis
in parte superiori: quibus inventis in radice
linea prima per transversum tendendo
sume locum lune in signis gradibus et minutis
et suppone loco lune: et in sequenti colum:
na. Ad horam sic notatam, minuta et 2a tolle et
suppone loco lune iuxta suas fractiones
Argumentum etiam latitudinis in laterali
columna suscipe et suppone radici argumen:
ti latitudinis lune. Tredecimo. hunc lo:
cum acceptum lune per gradus argumenti
lunae adde ad locum radicis lune et pro:
veniet verus locus lune. Ac eius motus
medius in horis videlicet minuta et 2a sumpta
per argumentum lune. Quarto decimo,
Argumentum latitudinis lune nuper sum:
ptum: adde ad radicem argumenti latitudinis
lune et proveniet nunc argumenti latitu:
dinis lune verus. Quindecimo. omnibus
sic dispositis, considera motum solis verum
cum f in horas minuta et 2a medie coniunctionis

Similiter motu lune vera et in horis
m̃ta et 2ᵃ medie coniunctionis. nã si eorum
motus sint equales, nulla iã operacõe neces-
sarium esset Sedecimo Si autem unus excedit
alium in motu, tunc motum minorem unius sub-
trahe a motu alterius maioris motus. Nam
cuius motus est maior, coniunctionem prece-
dere dicitur. Et illud quod manet post
subtractionem vocabitur superatio diligenter
signanda. In oppositione vero semper 3ᵃ sign.
adde loco coniunctionis. Deinde subtrahe unum
locum ab alio et diuersitas proveniens signetur
Apendix. nec missum faciendum censeas, quod
si subtractionem facta manserit unus in gra-
dibus et aliquid in m̃tis. tunc unum illum
gradum resolve in 60 m̃ta et illa m̃ta
que uno gradui adheserint ad 60 adde
et erit bona fractio vel minorum Decimo-
septimo motum solis in m̃tis et 2ᵃⁱˢ su-
ptum ex linea intitulata ad horas subtra-
he a motu lune in m̃tis et 2ᵃⁱˢ sumptum
ex colunna intitulata ad horas vel potius
minorem a maiori abiecto. que praxis semper
est servanda. et manebunt m̃ta et 2ᵃ
Decimo octavo: ... m̃ta et secunda

post subtractionem manentia / divide per super-
rationem que manserat post subtractionem
locorum utriusque luminaris ab alio / tali serie:
pone minuta et 2 in parte inferiori / et minuta
superationis semper reducta in superiori parte
quere itaque ista minuta in tabula propor-
cionum ad 60 minuta in fronte tabule: et minuta
superationis in linea ubi invenisti minuta et
hoc descendendo [illegible] cum minuta superationis
talia inveneris, ea etiam subire minutis supera-
tionis quocientem vero accipe. in linea pri-
ma sinistre partis / quem quocientem supra-
pone minutis superationis / tandem numerum
sumptum in linea sub minutis / subtrahe a signis
sibi suprapositis et si aliquod residuum rema-
serit. tunc istud residuum. etiam quere in linea
sub minutis prioribus / quos cum inveneris subire
illi residuo / post hoc quocientem in prima linea
sinistre partis sume. ac residuo numero
suprapone / tandem numerum sumptum in linea
sub minutis prioribus a sibi suprapositis subtrahe:
tali itaque operatione facta / in quocientem hora
ac minuta provenient. Decimo nono has
horas et minuta quocientis, adde ad dies et ho-
ras, radicis medie coniunctionis ut horas
horis minuta minutis et manebit tempus coniunctionis

diebus non equatis . i . tempus non precise certum
Vigesimo hoc itaque tempus coniunctionis equaturus es per tabulam equationum dierum et non noctium: querendo in ea tabula signum in fronte et gradus in prima linea sinistre partis, et quod in congerie horum duorum inveneris, adde ad tempus coniunctionis diebus non equatis et fiet tempus equatum.
Apendix . Si sol superat lunam in motibus tunc hore et minuta quocientis addende sunt ad dies et horas ac minuta radicis medie coniunctionis, et hoc iuxta seriem suarum fractionum. Si vero luna superat solem in motibus, tunc hore et minuta quocientis a diebus horis minutis radicis abiciende sunt, et remanet tempus coniunctionis diebus non equatis
Apendix . Cum additionem facis diversarum fractionum . tunc hoc semper serva . quod dies diebus . horas horis . minuta minutis adicies . similiter modo in motu servandum est . quod signa signis . gradus gradibus . minuta minutis semper sunt addenda . Vigesimo primo ~~motum solis~~ Si vis scire an bene operatus es, tunc vide si motus solis atque lune verus sit in signis gradibus atque minutis idem

si secus male operatus es / Ad sciendum hor
itaque / multiplicabis motum solis in hora per
numerum provenientem in quocientem et
distantia que precedebat coniunctionem lu:
minarium / et productum adde loco solis hora
medie coniunctionis / et emerget locus sol[is]
hora vere coniunctionis · Vigesimo secundo
motum lune in hora / multiplicabis per ho:
ras et minuta predicta · et productum adde loco
lune · hora medie coniunctionis / et fiet lo:
cus lune · hora vere coniunctionis Vige:
simo tertio et si locus solis atque lu:
ne sunt idem / bene operatus es · si vero non
reiterare negotium te oportet Annexio
Nec tradendum est oblivioni Radices co:
iunctionum mediarum / semper ad tuum meri:
dianum reduces per distantia longitudinum
Ut prima capitulum docet intuendo ~~situs~~
si tuus meridianus est orientalior aut
occidentalior

Revolucione annorum alicuius nativitatis cum inve:
nire vis. Primo annos nativitatis alicuius nati simi:
liter mensem diem horam et minutum ac signum et gra:
dum in quo est sol: in tabula scribe. Demum an:
nos christi pro quibus revolucionem habere optas, in ta:
bula describe. Secundo considera si annus nativitatis
est bisextilis aut primus secundus vel tercius
post bisextilem sit: Apendix Cum vis
scire si annus revolucionis sit bisextilis aut
non: hunc modum observa. Annos christi revolu:
cionis nati divide per 4 iuxta doctrinam Johannis
de sacro busto et numerus remanens divisionis
facta ostendet annum bisextilem vel communem.
Nam si nichil remanserit post divisionem tunc
demonstrat annum bisextilem. Si vero unum
relictum fuerit designat annum primum post
bisextilem. Si 2. secundum. Si 3 tercium
post bisextilem. Tercio annos nativitatis
subtrahas ab annis pro quibus desideras revolucionem
et numerum manentem diligenter serva

+ Exempl. tur inter duos in tractatu po fo. 40. ... fo 1.

Quarto hunc numerum remanentis / quere in tabula annuarum conversionum fo: 386 / et hoc in prima linea sinistre partis: in cuius fronte ponitur hec dictio Anni

Apendix

et si occurrerit numerum remanentem subtractione facta ab annis revolucionis nati: precise in eadem prima linea te non potuisse invenire: tunc quere minores propinquiores ex quorum opposito sume horas, minuta, et secunda

Demum residuum numeri remanentis subtractione facta, ab illis annis: qui non poterant reperiri in prima linea, etiam in eadem linea prima quere, Illic singula sumendo sicut prius fecisti: semper notando si est 1 aut 2 post bisextilem

Quinto invento residuo annorum in prima linea: diligenter considera si annus revolucionis nati sit bisextilis. Et si reperitur in tabula descriptus, tunc ex opposito annorum post subtractionem remanentium in prima linea: in cuius fronte ponitur bisextilis accipe horas / minuta / et secunda / cum suo titulo a vel m. Si vero annus revolucionis esset primus post bisextilem. tunc accipe horas. minuta. et secunda

ex scda columna in cuius fronte ponit. 1. Si scds post bisextilem. ex tercia columna in cuius fronte ponitur. 2. accipe horas ista et scda. cum suo titulo A vel M. Si vero tercius sit annus post bisextilem, tunc accipe ex quarta coluna: in cuius fronte ponitur 3. horas ista et scda cum suo titulo. Quod si ex duplici introitu circa tempora horarum et istorum, essent diversi tituli, tunc minor subtrahatur a maiore: et remanens titulus demonstrat, si est addendum vel minuendum, a tempore radicis nativitatis. Si vero fuerint utrique tituli eiusdem denominacionis scz M.M. vel A.A. tunc addendi sunt adinvicem, et postea agregadi subtrahe vel adde a radice nativitatis secundum quod titulus fuerit A. vel M. Sexto has horas prius in se agregatas, sumptas ex columna propria: suppone diebus horis et istis ac scdis nativitatis alicuius nati. Apendix. In supposicione fractionum, hoc semper observa, ut hore horis. ista istis scda scdis subiciantur. Septimo. subtrahe

A M

A A

horas et minuta ac secunda | ex tabula annuarum conver
sionum | a diebus horis minutis et secundis ~~alicuius~~ nati:
uitatis alicuius nati | et remanebit tempus revoluci:
onis nondum equatum. Subtrahes vero. si circa
horas et minuta annuarum conversionum fuerit titulus
M. Si vero circa horas et minuta sumpta ex tabula
annuarum conversionum: fuerit oblatus titulus ~
tunc hos horas minuta et secunda. non subtrahes a di:
ebus horis et minutis alicuius nativitatis | sed addere curabis
Tali negocio facto remanebit tempus revolutionis
nondum equatum. Apendix Si addicione
facta in minutis et etiam in secundis | plus creverit
quam 60. pro illis abiectis | addatur 1 ad grossiorem
fractionem. Si vero in horis esset spacio super
24 horas | pro illis reiectis | addatur 1 ad dies
Apendix. Si evenerit quod fractiones inferio:
ris ordinis | non possint subtrahi a sibi supra:
positis. tunc fiat resolucio grossioris denominacio:
nis in subtiliorem. ut una dies in 24 horas:
et 1 hora in 60 minuta: et 1 minutum in 60 secunda

Octavo vide in quo signo et grado ac minuto sit sol tempore nativitatis alicuius nati. Nono quia tempus revolucionis repertum est inequatum. ideo tale tempus sic reducas ad equacionem. Intra in tabulam sic nominatam. tabula equacionis ☉ fo: 386 illic quere in fronte tabule. signum in quo erat ☉ tempore nativitatis. gradum vero ☉ in prima linea sinistre partis. et ita a gradu ☉ per transversum eundo sub signo in quo erat ☉. accipe secunda. titulum in fronte considerando. et secundis addendo. Decimo ea secunda sumpta iuxta suam denominacionem. subice tempori revolucionis modo equato Undecimo Multiplicabis ea secunda per numerum annorum remanencium post subtraccionem annorum nativitatis ab annis revolucionum. et hoc per tabulam proporcionalem ad 60 illa pars proporcionalis proveniens

addatur. ad tempus revolucionis nondum equatum.
et hoc est verum. si scda equacionis ☉ habue:
rit titulum A. Nam talem partem proporciona:
lem subtrahes a tempore revolucionis nondum equato
Si scda equacionis ☉ habuerint titulum M. tunc
Tali itaque negocio peracto emerget tempus revo:
lucionis verum pro anno mense die hora. Ista

Apendix. Hec revolutio nichil aliud
est. nisi regressus ☉ in illud signum: et gradum:
in quo fuit tempore nativitatis alicuius nati.
Sed semper idem gradus debet esse in revolucione:
qui est in nativitate. Sed ista sunt minora
Si autem in revolucione alicuius Ista sunt maiora
quam in nativitate. Sed tunc sumatur motus diei
precedentis. Apendix. Et si sequencium
mensium revolucionis habere desideras. tunc
ad tempus revolucionis equatum adde. 28. 2. 11.

Duodecimo. Si ex tali revolucione vis ha:
bere figuram celi. tunc vide qua die pervenit

revolucio annua · quia pro eadem die anni com:
pleti · accipies signum et gradum ☉ ex Alma:
nach / et cum eodem intrabis in tabulas 12
domorum · querendo in 10 domo / ex cuius oppo:
sito . accipe horas et Mta / que subice tempori
revolucionis et adde . / Numerum provenientem
quere · et habebis quod intendis

Modus progressionum faciendarum quinque hilegiorum per aurea tabulam pro singulis diebus tocius annj

Primo habeatur progressio alicuius hilegii pro principio anni revolutorum et erit progressio pro prima die anni revolutorum. Scdo si volo habere progressionem pro secunda die. tunc eundum est ad tabulam auream progressionum. et in eadem tabula quero in prima columna sinistrae parte. cui titulus est dies. 1. et ex eius opposito: assumam. 0 in signis: 1 in gradibus: 4 in mts. 6 in scdis. Quae sic inventa et assumpta addam ad signum progressionis annue: et ad gradum. et ad mtum, sic est. pro prima die revolutionis inventum et id quod manet post addicionem: ostendet michi signum progressionis seu profectionis, cum gradu: et mto: pro die scda a die revolucionis annue Tercio. Si volo habere signum et gradum. et mtum progressionis, pro tercia die post revolutionem. tunc signa, et gradus et mta ac scda assumpta ex tabula aurea

ex opposito i. debeo addere ad signa, et gradus et minuta, et secunda progressionis annuae annue pro die secunda. et quicquid post additionem mansorit; ostendet mihi progressionem, seu signum progressionis. cum gradibus minutis et secundis. tertio die, per continuam itaque additionem signorum et graduum, et minutorum, et secundorum, ex tabula antea assumptorum. e regione uniuscuiusque diei per singulos dies anni. possum habere progressiones cuiusque hilegii sigillatim

At si volueris habere signum profectionis alicuius hilegii: pro aliqua die michi proposita post revolutionem: saltus faciendo

Primo habeas signum profectionis cum gradibus et minutis, si fieri potest alicuius anni revolutorii: que omnia annotare debeo in parte tabule, iuxta suas denominationes. Secundo intrabo in tabulam antea progressionum. et illic queram in columna, cui titulus est dies. diem meum propositum. pro quo volo habere signum

progressionis / quem diem cum invenerim, ex op:
posito eius assumam signa gradus et minuta et secunda:
que omnia sic assumpta / debeo subtrahere signis
gradibus et minutis pro principio revolucionis seu
pro prima die inventis / Tercio omnia
iuxta suas denominaciones debeo addere / et quidquid
gnio manserit post talem addicionem, commonstrabit signum profectionis pro die proposita
Pari modo faciam pro quacumque die voluero hanc
progressionem / et habebo signum progressionis
pro die proposita; computando illam progressionem
a tempore anni revolucionis

Quod si voluero scire per eam tabula
quando et qua die, aliquis planeta
malus, aut eciam bonus, pervenerit
ad aliquem locum hilegii: et econtra
Primo habendum est signum profectionis
alicuius hilegii, cum suo gradu, et minuto pro principio anni revolucionis. que omnia annotari debent in parte tabule, iuxta sua denominacionem

Secundo signa gradus et minuta, ex revolu-
toria figura assumantur planete, que etiam
notentur in parte tabule. Tercio subtra-
he unum ab alio, iuxta suas denominationes.
Quarto illud quod manet post subtractionem
vocatur distancia. Quinto cum eadem di-
stancia, intra in tabulam auream progressionum
querendo eam distanciam assequaliter, in propria for-
ma, si fieri potest, Si non, accipiatur minor
numerus in signis et gradibus et minutis et
qui est distancia: et noteltur in parte tabule.
Sexto: Ex opposito prefate distancie assu-
mantur dies ex columna, cui titulus est
dies. eadem die proveniet progressio alicuius
hilegii, ad planetam sive bonum, si ad eum sit
directio, sive ad malum, si ad eum sit directio
Nam si ad bonum tunc dies talis nato. bona
et leta erit. si ad malum, tristis anxius
Ut eciam habeam et horam prefate
progressionis, sic procedam. Primo dista-
ciam. quam sumpsi ex tabula progressionis:

debeo subtrahere ab ea distantia, qua in tabula
aurea invenire non potui, et proveniet etiam
numerus, qui vocabitur distantia. Secundo
Cum eadem distantia, intrabo in tabulam, que
nuncupatur tabula progressionum in horis et
minutis. Et illic arealiter queram eam distantiam
in propria forma, si fieri potest. Si non, tunc
assumam minorem, et illam notabo in par-
te tabule. Tercio Ex regione eius distan-
cie ex tabula assumpta, assumam horas
ex prima columna, cuius titulus est H: quas
horas nota in parte tabule, seu appone ad
dies progressionis nuper inventos. Ea enim hora
occurret talis progressio. Quarto. Si distan-
ciam precise non invenerim, tunc distanciam
assumptam, ex ea tabula horarum, debeo sub-
trahere ab illa distancia, qua non potui invenire
in prefata tabula. Et cum residuo, intrabo in
eam tabulam horarum arealiter, illud querendo
in propria forma, si possum, si non, tunc assumo
minorem, et notabo in parte tabule

Quinto eregionis minoris distantie
assumo ista ex prima columna sinistre parte
que debeo apponere ad dies et horas, super inven-
tas. Sexto. Eam minorem distantiam assu-
ptam ex tabula, subtraham a distantia qua
invenire nequivi, et illud quod manet post
subtractionem queratur iterum in eadem tabula
in propria forma, si inveniri potest. Si non. assu-
matur minor et eius regionis ex prima co-
lumna accipiantur secunda, quas apponam
ad priores dies, horas, et minuta. In summa
igitur progressio talis veniet. pro tali die hora
tali et sic

Sic quoque faciendum est quando veniet ali-
quot bilegim in radios planetarum sive bonorum
sive malorum

Si vero ~~distat~~ [illegible] [illegible] esse ad 7o
de nativitate [illegible] [illegible] ad [illegible] per-
tue [illegible] tabula [illegible] proficies [illegible]
per tabulas [illegible] [illegible] quarum talis est
progressio ad singulos dies anni. fo. 191.
In Bavaria

[illegible] 81

[illegible] ... Saxonia.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ... Regiomontano supputata [illegible]

1471. Anno Christi [illegible] ... ignorant [illegible].

Astra obliq[ua] [illegible]	Ascensio recta g	m	Declinatio g	m	Cum medio [illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	Quando [illegible] g	m
Lucida Hiadum [illegible]	42	13	80	13	[illegible]	11	50	[illegible]	28	3
[illegible]	[illegible]	0	148	0	[illegible]	8	0	[illegible]	1	0
Caput Gorgonis [illegible]	203	56	184	26	=	11	22	=	9	40
Antares cor [illegible]	241	36	206	56	[illegible]	6	34	[illegible]	21	34

Ad latitudinem 49 [illegible] ... 1506.

Viennae [illegible] faciebat

Pro generali in tabulas motuum planetarum quas resolutas vocant aliqua sunt premittenda. que necessaria et oportuna sunt ad dicendorum intellectione. Sciendum itaque he tabule dicte sunt resolute. a resolvendo. quia ex tabulis illustris Alphonsii Romanorum et castelle Regis ad meridianum nostrum Cracovie sunt reducte. Illud enim quod in tabulis Alphonsii magno labore et tedio queritur. In istis tabulis facili via. et praxi brevi invenitur. Unde recte resolute sunt nominate. Quis autem sit modus resolucionis et reductionis, non ad meridianum Cracoviensem. sed ad quemcumque alium inferius patebit sufficienter. Notandum ergo quod in praxi astronomie et tabularum duplici via procedimus. via resolutionis et divisionis primo. Secundo via compositionis et coniunctionis. Primo in praxi Astronomie procedimus via resolutionis. Zodiacus enim totus dividitur in 12 signa. quorum quodlibet accepit denominationem et nomen alicuius animalis. Et primo ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

resolutio ... 12 ...

duplex via in praxi astronomie collectiva et divisiva

Vnum autem signum dividit in 30 gradus
unus gradus in 60 minuta. unum minutum in 60
secunda. unum secundum in 60 tertia, et sic us-
que ad 60 ascendendo. Secundo in praxi
Astronomiae et tabularum procedimus
via collectionis. pro 60 enim tertiis
capimus unum in secundis. pro 60 secundis ex-
crescentibus capimus unum minutum. Et pro
60 minutis excrescentibus capimus unum gra-
dum. et pro 30 gradibus excrescentibus ca-
pimus unum signum. Quando vero in pra-
xi excreverint 12 signa. subtrahimus 12.
et residuum tenemus in suo loco. ut inferi-
us dicetur. Ratio autem istius. quare Astro-
nomi praxes suas perficiunt numero sexage-
nario. Astronomus considerat motum stel-
larum et planetarum. et tempora coniunctionum et
aspectuum. notum autem est quod tempus sunt de numero
continuorum. Continuum autem licet possit
suscipere divisionem quamcunque. Est enim
divisibile in semper divisibilia: tamen quia
nullus sub 100 est ita aptus dividi sicut 60
Dividitur enim dupliciter. Primo in 30 et 30

Coll. [illegible] [illegible] i a° 28

Scdo dividit in tres partes scz in 20 et 20. Tercio dividitur in quor partes ut in quater 15. Quarto dividitur in 5 partes ut in quinques 12. Et dividitur in 6 partes ut in sexcies 10. et sic con: sequent. merito practicantes tabulas et praxes suas numero sexagenario pficiunt. Vt aut praxes harum tabularum levi: et facili modo intelligant. Notandum q in his tabulis duplices anni inscribunt: collecti scz et expansi. Collecti hi di: cunt. qui descripti in tabulis: per 20 an: nos a se invicem distant: ut in princi: pio tabularum scz hic pt. addendo enim ad primos annos collectos 20. statim ex: crescunt sequen. Et quod ex opposito illorum est scriptum, tituli. ad sensum ondit. Anni vero expansi hi sunt. qui pro 20 extensi: continuo se sine interruptione sequunt, ut clare videtur in tabula an: norum expansorum: in qua tabula anno: rum expansorum semper ex opposito quasi anni lra posita b. designans annum bisextile intelligat. Secus pos bisextile. scdas designat

et sic consequetur. ut manifeste apparebit
in tabula annorum expansorum in textu
Sciendum etiam. quod annus in praxi harum ta:
bularum: et generaliter Astronomis: incipit
ab ultima decembris in meridie. in ista
sillaba sil. ad quem diem: et eius meridiem
quaeruntur omnes motus planetarum. qui sunt
radices anni. tunc incipientis sunt. ut po:
stea dicetur. Astrologi autem suum annum in:
cipiunt quoad judicia: ab ingressu ☉ in
Ariete. Menses vero incipiunt a januario
Dies autem incipiunt a meridie. diei prece:
dentis. usque ad meridiem diei sequentis
durant. Meridies autem est pars nobilior
diei ut inquit Camaracensis. propter vim
magnam: et fortitudinem ☉ in illa parte
diei. In meridie enim ☉ est in domo de:
cima. hoc est in medio celi. quae est pars
celi fortissima. eo quod tunc radios sol. for:
tius agit. in ista inferiora: et eius radios
his inferioribus fortius infigit. Merito
ergo Astronomi diem a meridie incho:
ant. et motus planetarum ad meridiem
precipue inquirunt hoc Camaracensis

Cu etiam hic nil in signis invenit
12 signa completa sunt. sed primu in:
perfecto; sic sitz de horis: et aliis
fractioibg & intelligendu. Ut ergo
praxis haru tabularu facilis sit. et
pro iuvenibg plana: Canones levissio
stilo et plane inscribere institui

Canon primg quo radix cuiuslibet
motg medii inveniri debeat

Ad principiu anni ad meridie
ultime diei decembris. pro huig ca:
nonis intelligentia. Sciend. primo
q radix motg alicuig planete est
motg medig. alicuig planete in:
ventg ad ultima die decembris
ad meridie illig ultime diei de:
cembris. Similiter radix ☉ est medig
motg ☉m. ad meridie predicta inve:
tg. et sic intelligat de aliis motibg
planetaru. Qui termini aut hi motg
ad civitate Cracovien. Quo aut
ad alias civitates radices sint redu:
cende. dicet infine in canone speciali
Dicunt aut motg planetaru inventi

ad ultima die decembris in meridie, sed non quanda similitudine. sicut enim radix in arbore est fundamentum crescentie. et fructum presuponit radix in arbore: sic motus planetarum inventi ad ultima die decembris. nodus aut et canon quo radices cuiuslibet motus inveniendi sunt. est iste Primo scias annum christi completum: cum quo intra in tabula annorum collectorum. Et annum christi in eadem tabula quere. quem si inveneris: statim. ex opposito illius anni completi radicem cuiuslibet planete ad ultima die decembris. sine ulteriori operatione invenies in tabula augium stellarum: radicem motus ☉ habere desideras et sic in aliis est intelligendum. Secundo Si annum christi completum in tabula annorum collectorum non invenies. tunc intrabis. cum anno christi minore propinquiore. annis christi currentibus. Et ea quae ex opposito illius invenies in signis gradibus et minutis:

scribe extra in tabula. Tertio Annum
christi propinquiorem minorem. quem in
tabula annorum collectorum invenisti: sub
trahe ab annis tuis christi completis
ac eius ultima die. radicem motuum
pro anno sequenti quere. et quod post
illam subtractionem manebit. erit numerus
eius annorum expansorum. qui adhuc supersunt
usque ad annum tuum completum Quarto
Cum illo residuo ex subtractione tali
manente intra ad tabulam annorum expan:
sorum. et quod ex opposito illius anni in:
veneris accipe. et adde ad illa. que
prius accepisti ex opposito annorum colle:
ctorum signa scribendo sub signis gra:
dus sub gradibus minuta sub minutis. 2ª sub 2is
3ª sub 3is in quolibet motu planete
cuius radicem queris Quinto et
ultimo. adde ea que accepisti circa
annos expansos: ad ea que invenisti
circa annos collectos incipiendo a
subtiliori fractione. ut 3ª ad 3ª. 2ª ad
2ª. minuta ad minuta gradus ad gradus. signa ad
Signa. et operare ut predictum est

Et quicquid remanserit in quocumque motu est radix motus illius planete ad principium anni currentis . ad ultimam diem decembris . Canon secundus de medio motu cuiuslibet planete ad aliquod anni tempus propositum per tabulas proprias inveniendo . Motum cuiuscumque planete medium si scire desideras . Primo tempus aliquod propositum habeas ad quod invenire motum illius planete . Secundo scire optas . et considera si ad tempus propositum menses completos . dies . horas . minuta . 2a et 3a in se contineat . hoc itaque tempus scribe ad partem Secundo . radicem anni eiusdem motus in tabula scribe . Tercio si aliquis mensis completus est . ad tabulam mensium cum mense completo intrabis . si annus communis fuerit intra in tabulam superiorem mensium . Si autem bisextilis : in tabulam inferiorem . et quod ibi inveneris ex opposito mensis : ad radicem adde : quodlibet ad suum genus ut in primo canone est dictum Quarto cum diebus si eos habueris : ad tabulam eiusdem planete in diebus intrabis et quod

ex opposito illius diei invenies: etiam
adde ad prius inventum. Quarto cum horis
si aliquas habueris: in tabula illius
planete in horis intrabis: et quod ex
opposito tue hore invenies ad prius
inventum adde. In eadem tabula in qua
horas accepisti: accipe minuta 2a et 3a
et denominatione tamen variata: ut inferius
dicetur in cautelis: et quicquid ex oppo-
sito minutorum 2orum et 3orum invenies to-
tum adde ad prius inventum. sic quod cum toto
tempore proposito medium motum planete que-
ceterum recte, quesivisti invenies

Cautella prima cum in tempore proposito
minuta 2a 3a habueris: per eandem tabulam
minuta 2a 3a invenies. per quam motum
in horis recepisti. cum qua ergo fractione
tabulam intrabis. semper proximus numerus eandem
denominationem obtinebit. sive cifra: sive numerus
significativus fuerit respectu illius numeri cum
quo intrasti. Ut si intras cum minutis proximus
numerus per 2a. vel minuta 3a. Si cum 2is intra-
bis est proximus 2a et vel minuta 3a. Si cum tertiis
intrabis proximus numerus 3a. et tenendo quarta [illegible]
si plura quarta quam 3o evenerint. propter
precisionem: adde unum ad tertia

lorica(t)e tabule

et he tabule loricate dicunt(ur): in q(ui)b(us) n(umer)us horarum ultra 24 no(n) extenditur no(n) ideo q(uia) n(umer)us horarum ad 30 procederet: vel q(uia) plures q(ua)m 24 in die e(ss)e(n)t. sed ideo tabula vade ad 30 extendit(ur): q(ui)a p(ro)p(ter) ea(m) no(n) solu(m) hore sed m(inu)ta s(ecun)da 3a 4ta inveniuntur. que ultra 24 extendi no(n) possunt. ergo no(n) e(st) necesse specialem tabulam scribere pro m(inu)tis 2is et 3is: l(ice)t e(ti)a(m) inutilis multiplicato tabularu(m). sed p(ro)pt(er) ea(n)de(m) tabulam p(er) q(ua)m horas accip(imus) p(ro)pt(er) ea(n)de(m) m(inu)ta 2a et 3a invenim(us). demiacor tantum ut dixi variata. Cautela alia Si in t(em)p(o)re tuo proposito m(inu)ta 2a vel 3a plura q(ua)m 30 habueris. Primo cu(m) 30 m(inu)tis 2is vel 3is intrabis ad residuo cu(m) resi-duo: et q(uo)d p(ost) completu(m) introitum ex(ven)erit. adde ad p(ri)us inventu(m): ut dictum est. Cautela tercia Si in t(em)p(or)e tuo p(ro)posito: null(us) m(en)sis complet(us) e(st) ad tabulam m(en)sium no(n) op(or)t(et) intrare: sed omissa tab(u)la m(en)sium cu(m) t(em)p(or)e proposito intrabis ad tabulam dieru(m). Si sic horas in t(em)p(or)e tuo p(ro)posito no(n) habueris

Hore [illegible] et c(etera) [illegible]

ultra dies. nec vna nec 2a nec 3a
tabula horarum fractionum ingredi non
oportet. [struck]

Canon tercius de radice augis cuius:

libet planete ad principium anni
Similiter de auge cuiuslibet planete quo:
libet die anni invenienda. Si augem
alicuius planete ad certum tempus scire de:
sideras. primo radicem augis planete
invenies iuxta doctrinam dictam in ca:
none secundo de medijs motibus planetarum
Secundo considera. si aliquis mensis completus
est. respectu tui diei propositi tunc
cum mense completo intrabis. et quod ex
opposito illius mensis invenies adde ad
radicem augis. Sic similiter de diebus
operandum erit iuxta canonem secundum
de medijs motibus planetarum. Si autem
nullus mensis completus est. simpliciter cum
numero dierum proposito ad tabulam di:
erum intrabis. et quod ex opposito dierum
invenies de motibus. adde ad radicem
Et quicquid ex tali additione excreverit
erit motus augis illius planete
cuius augem [struck] ad tempus tuum propositum
queris

Cautela Si precisiori modo proce-
dere volueris in anno bisextili. si post
februarium tempus propositum fuerit non
ad diem propositum augem intrabis in
diebus. sed ad sequentem. propter diem ex-
crescentem superfluum. nullus tamen error
sensibiliter eveniet si directe cum die
proposita intrabis Cautela. tamen si
teneberis precisior operari erit cum horis
in tabulas augium non necessario intrabis
quia motus exiguus est parvus est, et
nil. nisi in centis aliquid eveniat. quibus
non utimur. querendo motus in resolutis

Canon quartus de argumento

solis ad aliquod tempus certum inveniendum
Cum argumentum ☉ ad tempus tuum propositum scire vo-
lueris. primo medium motum ☉ ad tempus
propositum inquire. Secundo augem ☉ ad tempus
propositum habe. Tercio subtrahe augem
☉ temporis tui propositi a motu solis. etiam
a tempore tuo proposito. et quod post subtractionem
manserit. erit argumentum ☉. ad hoc tempus
propositum Cautela. Si subtractionem
facere non possis. eo quod maior a minore
subtrahi non potest. accomodare te oportet

Ut si in terciis subtractio fieri non
potest accomodabo unum in secundis. Si in
illis subtraxeris accomodabo unum in
gradibus. Si in gradibus fieri non pos:
sit. accomodabis unum in signis. Si in
signis subtractionem facere non potes
adde totam revolutionem. hoc est 12
signa. et tunc accomodabis. et ista
cautela in praxi Astronomica est me:
moranda. Canon quintus
de centro ☽ ad aliquod tempus
propositum invenire. Cum centrum
☽ scire desideras. primo medium argumentum
☽ ad tempus propositum inquire. Secundo
eundem medium motum ☉ subtrahas
a medio motu ☽ iuxta cautelam
motus ☉ in una hora. Sexto motu ☉ in una hora reduc ad eande denominacionem ad quam reduxisti distantiam ab ♈ ut ad 2a vel 3a precise tamen ut ad 3a Septimo divide distantiam ☉ ab ♈ in terciis per motum ☉ in una hora. et in quocientes venient tercia etiam in terciis. Et in residuo venire hore Octavo id residuum multiplica per 60. et divide per motum ☉ in una hora. et in residuo habebis ita Nono illud residuum multiplica per 60 et divide per motum ☉ in una hora et in quocientes venient 2a Decimo Illud residuum multiplica per 60 et divide per motum ☉ in una hora. et in quocientes venient tertia. Undecimo Tempus hoc extractum in horis, etiis 2is et 3is adde ad tempus tuum estimatum et veniet introitus ☉ in ♈. Duodecimo Ad illud tempus tuum et introitum ☉ in ♈. quere verum locum ☉ et veniet ☉ in signis. ☉ in gradibus. ☉ in etiis ☉ in 2is introitus ☉ recte calculatus exstitit. Tredecimo ad hoc tempus erige figuram celi. et 12 domos celi ut dictum est in canone xxxii. et

planeta similiter ad figuram tale loca et
ordina. et habebis figuram et conste:
lacionem ad principium et revolucionem
anni. Cautela. Cum tempus esti:
matum ad introitum ☉ in arietem. vel
in aliud signum cardinale scire volueris
Primo radicem ☉ in ♈ vel aliud ha:
beas. quod habes ad annum domini 1468
10 m s. 12 in ho: 22 m[inu]tis. Secundo intra
tabulam infra scriptam ab uno anno incipi:
ente et 800 terminante. et intra cum
distantia a radice anni usque ad annum
tunc currentem ut pro anno domini 1490
intrabis cum 20 et uno anno: et ex op:
posito accipe horas illam 2a et 3a: et adde
ad radicem. et si plures hore exere:
verint. quam 24. subtrahe 24 et ad:
de 1 ad dies. In anno tamen bisextili
in simili hora diei pone introitum
computatum

Canon XXXV de ☌ 5 planetarum
Cum ☌ aliquorum planetarum scire desi:
deras. primo amborum loca vera ad tempus
propinquum ☌. secundum existimacionem tua
inquire. Secundo. subtrahe minorem a ma
iori. et manet longitudo quam longitudo signabis

Tertio eande longitudine reduc ad eandem denarom ut ad 2a Quarto quere motu utriusque post unu diem Quinto Subtrahe motu cuiuslibet primi inventi a motu scdo invento · si sunt directi · Vel econverso motu a motu primo invento subtrahe · si fuerint retrogradi · et quod remanet erit motus diei cuiuslibet Sexto Subtrahe motu diei tardioris a motu diei velocioris · ut si esset in ♃ et ♂ subtrahe motu ♃ in una die - a motu ♂ in una die · et quod remanet est superlatio Septimo Eande superlatione reduc ad eande denoiacom · ad qua longitudo fuit reducta Octavo Divide longitudine per superlacom · et in quociente venient dies · Nono · Si aliquid mansit post divisione serves in propria forma · no reducendo · Superlatio vero diei · dividat per 24 et habetur superlatio hore in quociente Decimo · per superlacom hore · divide residuum · quod prius servasti in propria forma si potes · et in quociente venient hore · Si aut dividi no potest tunc loco horarum ponat 0 et designat nulla hora · Undecimo Residuum

multiplicetur per 60 et dividatur per su:
perlatione hore . et in quociente minuto
venient 2a horarum . Si residuum multi:
plicaretur per 60 . et dividetur per su:
perlatione hore . et in quociente ve:
nirent 3a . sed non est necesse . Tredecimo
hoc tempus extractum adde tempori estimato
et habebis coniunctionem planetarum veram . Si ambo
planete sunt directi . aut retrogradi
Quartodecimo : motus amborum quere ad idem
tempus . et si concordabunt in signis certis etc.
coniunctio est bene calculata . Cautela
Si autem unus planeta eius quos queris fuerit
directus et alter retrogradus . tunc quere
motum directi in una die . scilicet post primam
diem . quemadmodum dictum est . Similiter que:
re motum retrogradi in una die scilicet post
primam diem . tunc secunda dies erit minor primi
et est motus retrogradi secunda die est minor
quam eius motus prima die . Cum enim planeta
est retrogradus semper eius motus minuitur
Subtrahe igitur motum secundum ipsius planete re:
trogradi . a motu planete diei precedenti
et manebit . quantum retrocedit uno die
Deinde iunge illos motus simul scilicet di:
recti post unum diem et retrogradi post
unum diem . et quod provenit per id divide

longitudine. sed primum redue ad 2a sic longitudine reduxisti et habebis tempus extractum. quod ut dictum est. debet addi. si longitudo fuerit tardioris. si levior adhuc non precessit tardiorem. vel subtrahatur. si levior precesserit tardiorem

Canon XXXVI de reductione radicum ad quemcumque alium meridianum: Experientia docet civitates notabiliter distantia a se invicem esse constructas Quedam enim sunt propinquiores orienti Quedam vero occidenti sunt viciniores Orientales prius habent ortum solis meridiem et occasum quam occidentales: necessarius ergo est. modus reducendi tabulas: pro certo meridiano factas: ad alium meridianum reducere. Cum itaque facere volueris radices scilicet unius civitatis: ad radices alterius civitatis reducere nis. Primo sci: as longitudinem earum civitatum. quas potteris scire ex tabula civitatum in longitudine et est communis. Est autem longitudo civitatis distantia zenith ab oriente vel occidente. In civitatibus enim orientalibus longitudo computatur ab ortu. vel gadibus Alexandri. Sicut apud nos ab occidente sive a gadibus herculis longitudo civitatis computatur

Secundo habitis longitudinibus duarum civitatum subtrahe minorem a maiori et manebit distantia
longitudinum quantum una plus distat ab occidente
vel oriente quam alia. Tercio eandem
distantiam et differentiam: reduc ad fractionem
tali modo. si sunt in differentia plures gradus quam 15
tunc pro quolibet 15 gradibus. accipe unam
horam. quia in una hora oriuntur 15 gradus
equinoctialis: et pro quolibet gradu residuo: accipe 4 minuta hore: hoc est gradus
in fractione multiplica per 4. et habebis minuta horarum. Quarto. si fuerint minuta
gradus in tali distantia. pro quolibet minuto
gradus. accipe 4 secunda hore. multiplicando
illa per 4. Quinto. si in minutis vel secundis
plura excreverint quam 60. per 60 divide. et in quotiente excrescet fractio grossior quam precedens. Si autem non est excres-
sens in minutis et secundis ultra 60: dimittatur
in propria forma. Sexto. cum fractionibus
tali distantie correntibus: queratur medius
motus partis huius. cuius radicem verificare
volueris. si habes horas. intra cum horis
Si non: simpliciter intra cum minutis et secundis
Septimo medium motum inventum in tali
distantia correspondente: subtrahe a radice illius partis in cuius tales cum inventis

Si civitas tua fuerit orientalior. vel adde. si fuerit occidentalior

Canon xxxvii. de latitudine ♃ inveniendam. Cum latitudinem ♃ invenire volueris. primo arg^m latitudinis ♃ inquire. Quod arg^m latitudinis ♃ dum potes sciri. Si enim subtraxeris verum motum capitis a vero ♃ residuum erit arg^m latitudinis ♃. Aut si addideris verum motum ♃ cum medio motu ob ..tia habebis verum arg^m latitudinis ♃. Secundo Cum vero arg^o latitudinis tabulam latitudinis ♃ ingredere. et latitudinem ♃ in directo illius signi posita accipe. Tercio subtrahe minorem a maiori propter differentiam habitam. Quarto Per eandem differentiam. ... in una 2^a et 3^a in arg^o ♃. et quere partem proporcionalem. Quinto eandem partem proporcionalem adde vel subtrahe. a primo introitu. et latitudinem ♃ habebis. habetque latitudo 14 et ascendens si argumentum fuerit infra tribus signis. Si autem a tribus signis fuerit usque ad 6 signa 14 diis. Si autem fuerit a 6 signis usque ad 9 erit meridionalis descendens. Si autem fuerit a 9 signis usque ad 12 signa. erit meridionalis ascendens ♃.

Canon xxxviii de latitudine trium superiorum ♄ ♃ et ♂ inveniendam

Cum lati[me] tuam superiorum ad aliquam diem certam scire volueris. Primo centrum verum illius planete ad diem propositum tale habe. Secundo centrum verum illius planete ad tale diem propositum reduc in gradus. signa centri multiplicando per 30. et residuum gradum in vero centro addendo. ad id quod provenit ex multiplicatione signorum per 30. cum numero graduum. vero veri centri intra tabulam lati[nis] planete illius cuius lati[ne] scire cupis. et ibi accipe una proportionem in lineis 1is et 2is et colorem nota. si colore rubeo aut nigro talia una sunt scripta. Tertio si ultra gradus in vero centro sunt una. et tertia intra ~~[illegible]~~ 1 gradu addito. ut si intrasti cum 28. postea 1 gradum addes. Et intra cum 29 proporcionem una 2a et 3a. cum linea quibus non fuit intratum. et iterum una proporcionem accipe Quarto. subtrahe ~~[illegible]~~ minorem a maiori. et habebis differentiam. quam differentiam reducemus in residuum de unis et 2is et 3is in vero centro planete cum quibus nondum intratum est et habebis partem proporcionalem. quam addes vel subtrahe ad unam proporcionem. Primo introitu inventa addes. si secundus introitus fuerit maior. Si autem secundus fuerit minor fuerat

subtrahes · Sexto vera proporcionalia e:
quata · habeas · que serva ad partem · circa
illa signando rubeo color vel niger ut
ex tabula invenisti · Septimo · verum arg^m
eiusdem pl̃te ad diem propositam habeas · et id
detur ad gradus · et si aliqui gradus sunt re:
sidui in arg^to vero adde eos ad gradus re:
ductos · Octavo · Cum illis gradibus veri arg^ti
intra in tabulam eiusdem planete et ex oppo
sito gradus · lati^{ne} arripe eiusdem coloris cuius
fuerunt coloris · fuerint vera · que cum gradibus
veri centri arripisti · querendo titulum
in superiori parte tabule · 1 lis · vel meri · lis
Si · enim titulus superior · erit 1 lis lati^{do} erit
1 lis · Si autem fuerit meri^{lis} · tunc et lati^{do}
erit meri^{lis} · Nono · Si ultra gradus
in vero arg^to pl̃te fuerint vera et 2^a et
3^a · intrabis · 1 gradu addito et arripe differentiam
minorem · subtrahendo a maiori · et illa
differentiam due in residuum de vero arg^to quorum
vera proporcionalia que adde vel subtrahe ut di:
ctum est · Decimo Considera vera
proporcionalia ex vero centro inventa · que
servanda ad partem · Similiter lati^{ne}
planete ex arg^to pl̃te inventa · Undecimo
multiplica vera proporcionalia per lati^{ne} vel lati^{ne}

per illa proporcionalia per tabulam itorum
proporcionalium ad 60. et quod provenit ex
tali multiplicatione erit latitudo planete
quesita iuxta titulum prius inventum aut
illius aut meri(dionalis).

Canon ultimus de latitudine lune et
ipsius inveniendi. Cum latitudinem lune et
de certum diem scire desideras. Primo
verum veram arg(umentum) lati(tudinis) scire oportet. quod re-
dire in gradus ut dictum est in canone pre-
cedenti. Secundo tabulam eius ingredere cum
arg(umen)to recurta. cuius latitudinem scire desideras
et ex opposito gradum accipe declinationem
et reflexionem seorsum. et colorem. circa
declinationem et reflexionem signabis. Tercio
si ultra gradus arg(umen)ti vero illa 2a 3a
habueris uno gradu addito intrabis et
reflexionem. cum declinatione accipias
Quarto subtrahe minore a maiore
et dram provenientem per subtractores dicte
in residuum illius 2is et 3is veri arg(umen)ti et
partem proporcionalem inde venientem. adde vel
subtrahe. a primo introitu ut dictum est in
canone precedenti. et venit declinatio
et reflexio equata. et circa qualibet signa-
bis colorem rubrum aut nigrum. Quinto

habeas et scias verum centrum illius planete cuius latitudinem queris et centrum eius verum reduc in gradus ut dictum est. Sexto. Cum eodem centro vero in gradus reducto intrabis eandem tabulam eius planete et lineam ad declinacionem et reflexionem accipe et colores quibus scribuntur signabis et considerabis. Septimo si in centro vero ultra lineam 2a 3a ultra gradus habueris uno gradu addito intrabis in tabulam illius cuius latitudinem queris et lineam iterum ad declinacionem et reflexionem accipe subtrahendo priorem a maiori et differentiam provenientem reduc in residuum et partem proportionalem provenientem adde vel subtrahe ut dictum est. Octavo considera utrorumque cum suo colore. Similiter lineam utrorumque si eiusdem coloris fuerint vel diversi. Si eiusdem erit latitudo meridionalis. Si diversi erit septentrionalis. Nono debent autem linea utrorumque in declinacionem et linea reflexionis in reflexionem. Et si linea utrorumque habuerint eundem colorem cum utrorumque erit latitudo meridionalis. Si diversum erit septentrionalis. Similiter si linea reflexionis scripta sint eodem colore cum reflexione erit latitudo meridionalis. Si diversorum erit septentrionalis. Decimo cum centro reducto ad gradus intrabis eandem tabulam et ex opposito gradu centri in alia

tabula invenies latitudinem que provenit ex
deviatione descriptis. et hec invenere
est 14. In quibus nihil Undecimo Si
Centro vero recto ita 2a et 3a
ultra gradus sunt uno gradu addito
Iterum intrabis et latitudinem deviationis
capias. et subtrahe minorem a maiori
et deinde differentiam in residuum in utis
2is et 3is partem proporcionalem querendo
quam adde vel subtrahe a prima latitudine
deviationis accepta et detur est in Car
none precedenti Duodecimo. Omnes
tres latitudines declinationis reflexionis et de-
viationis considera. et latitudines que fuerint
septentrionales adde in simul. Similiter meridiales. Si
autem una latitudo septentrionalis fuerit et alia meridionalis
tunc minorem de maiori subtrahe et quod
post additionem vel subtractionem provenit erit
vera latitudo Tredecimo Denominationem
latitudinis maiore latitudinum accipe ut si latitudo
septentrionalis fuerit que a meridionali subtracta est
latitudo meridionalis dicitur et non septentrionalis Cautela
Circa latitudines in quibus aliqua ita propor-
tionalia gradus 60 invenimus. oportet
autem tunc accipere pro latitudine reflexionis
eosmet gradus et ita quod in linea re-
flexionis recepisti. deinde uno gradu addito

Item intrabis ~~adtu~~ in tabula ad latam re
flexionis et subtrahe minorem a maiori. et
accipe differentiam quae remanet in residuum utrorumque
2ⁱ et 3ⁱ cum quo non intrasti. et hanc
partem proportionalem adde vel subtrahe a primo
introitu. et habebis latitudinem reflexionis
veram. Dum modo excessus utrorumque reflexionis
fuerint eiusdem coloris ad reflexionem. Si
diversorum colorum. erit septentrionalis et tantum
de isto

Motus octave 1514

d	h	M	S	G	M	2	Azimuth	Latitudo
164	4	15	2	1	19	motus	S G M	G M
110							5 52 14	
			1	23	56	pro ultra [illegible]		0 20
			1	21	54	si volo [illegible]		

videre quot dies [illegible] si volo extimare motum
verum ad singulos [illegible] restat ab istis diebus 164
dies vel mediis sex diebus inter istos.
Debeo querere verum motum pro ultra die [illegible] istos.
et [illegible] istum motum S G M pro ultra die [illegible]
et [illegible] pro die ista 1 43 56 et debeo
[illegible] verum S G M [illegible] 110 verum motum [illegible]
ab alio, et [illegible] 1 21 54 Et debeo subtrahere unum
[illegible] debeo dividere 3 58 [illegible] et
6 dies [illegible] per 6 dies [illegible]
~~[illegible] 40 in [illegible] [illegible]~~
et [illegible] extimationibus de [illegible] in [illegible] et in
[illegible] 8 in [illegible] 39 in [illegible]
40 [illegible] [illegible] extimare [illegible]
[illegible] ad istos dies 110
extimationibus de [illegible] 10 Et facilius [illegible]
ad [illegible] tabulas [illegible] de [illegible] de 6 et [illegible]
[illegible] extimare vel
de 6 et [illegible]

[illegible] in motibus [illegible]
[illegible] ad ultra [illegible]
et habebis [illegible]
[illegible] Macti [illegible] Motus [illegible] celo [illegible]
[illegible] calculo tabularum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] et tabularum [illegible] p. 38 dies
[illegible] et [illegible] et [illegible]

De extractione alech

Sapientes antiqui et moderni in extractione hilech et Alcocoden licet multum discordes inveniantur. Scientia autem in qua maior eorum pars concordat est ista In nativitatibus diurnis queritur alech primo a sole qui si fuerit ~~angulus~~ in angulis vel succedentibus in signo masculino vel quarta masculina ~~oris~~ et aspexerit eum dominus ipsius termini exaltacionis vel triplicitatis ipsius ipse erit alech. Et si non aspexerit eum aliquis dominus quatuor dignitatum non potest esse alech nec alius quis cum eo. Et si sol non poterit esse alech aspiciatur luna que si fuerit in angulis vel succedentibus in signo feminino vel quarta feminina et aspexerit eam aliquis de dominis quatuor dignitatum erit ipsa alech et si luna non fuerit apta alech. tunc queratur alech ab ascendente si fuerit nativitas coniunctionalis. hoc est si aliquis planeta habens aliquam de quatuor dignitatibus in ascendente aspexerit ipsum

De nativitate diurna

165.

nota Si alech non potest faciliter haberi ...

ipsum gradu tunc talis planeta erit aptus alech. Quod si ascendens non fuerit aptu alech. queratur tunc a parte fortune, que si apta nō fuerit. queratur alech a loco coniunctionis vel preuentionis qui natiuitatē precessit. Eodē modo de gradu ascendentis dictu est: et iste est ordo in natiuitate diurna. In natiuitate vero nocturna perquiratur primo alech a luna. sic etia queritur ~~a sole~~ in die a sole. Quonia si fuerit ipsa in angulis: vel succedentibus: in signo femino. vel quarta fe: et aspexerit eum aliquis dn̄s quatuor dignitatu ut sup̄ dictum est, ipsa erit apta alech. Quoniam si signo luna fuerit ~~luna~~ apta alech queratur tunc a sole. qui si fuerit in angulis vel succedentibus: in signo masculino: vel quarta mas: et aspexerit eu aliqs quatuor dignitatu. ipē erit alech. Et si nō fuerit sol aptus alech. tunc consideretur natiuitas. que si fuerit coniunctionalis. tunc queratur alech ab ascente. Deinde a parte fortune. post hoc a loco

De natiuitate nocturna

Coniunctionis ut supra ostensum est. Quoniam si fuerit nativitas prevencionalis, tunc post luminaria queratur alech primo a parte fortune. deinde ab ascendente: ultimo a loco prevencionis .i. a gradu lune, sive fuerit supra terram, sive non. Unde sciendum est quod quando perquiritur alech ab ascendente, parte fortune: gradu coniunctionis vel prevencionis: non attenditur mas: vel fe: signorum: vel quartarum. sed consideretur tantum si fuerit in angulis vel succedentibus. Nec etiam de sole attenditur. sexus signi. vel loci dum fuerit alech. fueritque in ascendente 10o vel 11o Et maior pars sapientum dicit quod luna in 3a domo: in signo femi: et sol in nona in signo mas: possunt esse alech. eo quod sunt loca gaudii eorundem. Et quod nullus planeta. vel loca. poterit esse alech. nisi aspexerit eum dominus domus sue: vel aliquis aliarum quattuor dignitatum ut supra dictum est. Quidam autem volunt quod dominus faciei in extractione hilech non computetur Ex multis quoque significationibus in alech significabatur longa vita. et purus intellectus

Multa alech in una nativitate

De nō habentibꝰ ꝉlech

maximusq; vigor secundū hermete
Et si natus nō habuerit ꝉlech nō habe:
bit Alcocoden. et per consequens erit par:
ce vita. et modice durationis nisi asce:
dens: et luminaria: et domini eorū: li:
beri fuerint a combustione. et retrogra:
dacōe ē aspialis. et tunc disertendū est
loqui. de vita ipius. donec transierit orbē
vnū .s. 12 annorū: ad vnū quodq; signū
Annū vnū. Nā quotiens pervenerit or:
bis ab ascendente ad corpus malorū
Vel ad quartū, siue oppositū eorum
timebitur de eo. donec transierit orbē
ascendentis. Deinde dirigatur ei ab a:
ascendente ad annū quodq; signū annꝰ
vnꝰ per ascensiones regionis quousq;
perueniat ad malos. Dicit enim hermes
Si in radice natiuitatis impedita fuerit
Luna. cecideratq; omnes. domi triplicita:
tu ꝉlech maxime dns triplicitatis ascen:
pꝰ/ fueritq; in aliquo angulorū fixorū
infortuna. hec paupertatem vite nati de:
signat

hermes

hilech id ē dator vite

Alcocodea Annorum

		1	10	11	In quolibet signo
Per die	Sol in	1	8	9	Masculino tm
	luna	1	2	3	In quouis signo
		4	5	10	feminino dūtaxat

Per nocte	luna	10	11	4	5	femino signo
		1	2	3	1	quolibet
	Sol	1	4		5	quolibet
		1	2			masculino tm

Solis coiunctio vel opposito in cardine vel succedenti horoscopus vltio erit hilech

Sol / luna in ♈ ♌ / ♉ ♋ possunt esse hilech et Alcocode

Planeta aspiciens locum hilech et ibi habens aliqua dignitatem dicitur Alcocoden
Dominus sequētis signi a loco lune dicitur genitur(e) dominus secundum seruulum

	Anni planetarum maiores	Medii		Minores	Que membra et in quibus planetis sint
♄	57	43	6	30	Aure dextram splene vesica
♃	79	45	6	12	Pulmone costas carthilagine spina
♂	66	40	6	15	Aure sinistra venas testiculos epar
☉	120	49	6	19	Cerebrum cor medullas neruos oculum dextrum viri sinistrum mulieris
♀	82	45	6	8	Lumbos renes nates femur vulua pinguedinem cum Ioue
☿	76	48	0	20	Lingua os memoria fantasia ... manus crura
☽	108	66	6	25	stomachum ventre oculum sinistrum viri dextrum mulieris matricem

anglo succedēti cadenti

Alcocoden Cum autem inventa fuerit
ylech querat Alcocoden per hunc modum. aspiciat
domini domus ylech exaltacionis triplicitatis: dominus ter:
mini et faciei eius. Qui si unus ex illis aspicit
ylech vel duo/ aut plures. Tunc qui plures habu:
erit dignitates/ et fuerit eo ~~propior~~ propior in
gradibus: ipse erit Alcocoden. Et quando fuerit
sol ylech fueritque in ariete vel leone. et non aspe:
xerit eum aliquis de dominis quinque dignitatum. signi
in quo est ipse: erit ylech et alcocoden. Quando non autem
contigerit quod sol fuerit ylech. et non habuerit
Alcocoden. tunc queratur ylech a parte fortune
Si nativitas fuerit prevencionalis. que si fuerit
apta ylech. et Alcocoden non ~~fuerit~~ habuerit. tunc
querat ylech a gradu ascendente. Deinde
a gradu coniunctionis vel prevencionis. que nativitate
precessit. Et si nullum illorum ylech Alcocoden
erit natus vite brevis. atque temporis parvi.
Communitas tamen Astrologorum dicit. si natus non ha:
buerit Alcocoden. Sed fuerit ei aliqua duarum
fortunarum in ascendente, vel in medio celi
Possibile est quod natus tantum vivat/ quantum sunt anni
illius planete, minores: nisi gradus ascendentis
et lune impediantur a malis. vel sit aliquis de illis
fortunis que vitam significant dominus octavi. quia tunc significant
parvitatem vite atque mortis celeritatem

De scientia revoluendi annos nati ad esse boni vel mali

In scientiis nativitatum sermonem complevimus. Ubi nil aliud posuimus, quam quod sapientum authoritas edocuit. Nunc vero de revolucionibus annorum nati breviter pertractemus. Est itaque revolucio anni nati reditus solis ad eundem punctum, in quo fuit tempore nativitatis. Ad hanc igitur horam aptum ascendens et planetas secundum doctrinam, quam in revolucionibus annorum mundi dividimus. et qui est dominus signi profectionis ab ascendente radicis. Perquiras dominum anni per eundem modum ibidem traditum. Videas etiam in quibus locis ~~eadem~~ radicis dominus anni et dominus radicis: signi profectionis: et Alech et aliorum planete. Et aspice fortunam: et debilitatem eorum, et quo planete se aspiciunt. Vel utrum signa revolucionis: sit similis figura radicis. nam ut dicit hermes. optimum esse, et potens erit natus ille. cuius ~~natus~~ annus revolucionis: sit similis radici. et eius circulus in eadem dispositione, vel similime in qua fuerit hora nativitatis. Hec est enim radix

Per qua cognoscere poterimus quod in anno
eodem de ipso sit futurum secundum cursum
naturalem. In quacunque revolucione appli-
cuerit annus ad signum in quo fuit Satur-
nus in tempore nativitatis: fueritque Sa-
turnus in eo aut ipsum aspexerit ex quarto
vel opposito. fueritque Saturnus in angulo vel
succedente: signat infirmitates frigidas
et melancolicas. Et alias occasiones que sub-
stantia Saturni consequuntur. Et si infor-
tune Saturnum tunc aspexerint, periculum
augetur. fortune vero diminuunt. Hoc
autem verum est / si in radice nativitatis
periculum minabatur. Quia ut dicit her-
mes. cum pervenerint infortune / in revo-
lucione, ad locum convenientem / non nocebunt,
Nisi fuerit eis signum in radice nativita-
tis: hoc autem in reliquis pari modo intelligen-
dum est. Sed quando pervenerit annus ad
signum in quo fuit Jupiter in hora nativitatis:
fueritque Jupiter in eodem signo. vel ipsum aspe-
xerit ex trino vel sextili / dignitatem et lau-
dem acquiret cum facilitate in eodem anno.
Sed si fuerit ex quarto vel opposito cum

Saturnus pervenit ad signum nativitatis

hermes 3

4

cum difficultate quadam et labore. Et hoc
iterum verum esse dico. si Jupiter in radice na:
tivitatis aliquid huiusmodi promisit.
fortune etiam Jovem in hoc casu respici:
entes. vel locum illum: bonum augent. ma:
li vero prohibent. Si autem annus applicuerit
ad signum radicis Martis. fueritque mars
in eo. aut ipsum ex quarto vel opposito re:
spexerit. erit timor in eodem anno ex oc:
casionibus ad mortem pertinentibus. ut Et sunt
vulnus. percussio. ignis. febris acuta. Et hu:
iusmodi. si mars in nativitate aliquid istorum
promisit. ut ostensum est. Verum tamen for:
tune aspicientes. timorem auferunt. vel di:
minuunt. Et cum pervenerit annus ad
signum. radicis solis. fueritque signum illud
angulus in nativitate. vel revolutione. in:
veniet bonum a rege. si fuerit decimus. Vel
a parentibus si fuerit quartus. Vel a mu:
lieribus si fuerit septimus. Aut erit sani:
tas sui corporis et rerum prosperitas. si fue:
rit ascendens. Et hoc si fuerit sol in ra:
dice et revolutione fortunatus et aliquid ho:
rum promisit. si autem infortunatus fuerit

detrimentum ex his inveniet atque dampnum
♀ Si autem pervenerit annus ad locum veneris
radicis erit ei gaudium et letitia ex his que
ad significationem veneris pertinent si fu-
erit fortuna. sin autem, nichil. Et si ad lo-
☿ cum mercurii pervenerit annus et fueritque
mercurius in eodem, vel ipsum aspexerit ex tri-
no vel sextili habueritque convenientiam ali-
quam cum Jove, vel venere: roborabitur eius
intellectus, pervenietque ad magisterium
vel offitium aliquod. Et in mercaciis lucrum
☽ Si autem pervenerit annus ad locum in quo
fuit luna tempore nativitatis, fueritque
luna in die. aut ipsum locum ex tercio vel
sextili aspexerit absque malorum impedimento
significat equalitatem sue complexionis lucrum
in marcimoniis et gratiam vulgi et econtra
☊ Si vero ad locum capitis pervenerit annus
fueritque caput ibidem. et jupiter cum eo. et
vel ipsum aspexerit dominus exaltationis. et gau-
☋ dium in eodem anno significat. Ad locum
caude radicis si pervenerit annus. fueritque
cauda ibidem cum aspectu malorum, quarto
vel opposito dampnum per inimicos et exiles si-
gnificat. Sed quia domus esse nati accipit

ex directione signi profectionis ad termi:
nos fortunarum vel malorum. Idcirco in re:
volutionibus annorum nativitatis diri:
gimus ascendens. Ad sciendum esse an:
norum nati ad fortunas et malos per omnia
59 m̄ et 8 z̄ ad diem unum. Et quando
devenerit profectio ad fortunam significat
incolumitatem prosperitatem atque profectum
Cum vero pervenerit ad malos significat
infirmitatem amissionem atque damnum et
Accipe in directione profectionis ascen:
ad omnes 30 gradus annum unum sic nosti
Deinde scias distantiam inter gradum ma:
li vel radios eius quam multiplica per 12
et sexta unius. superius ostendimus dum di:
rectionem ilech tractaremus. Et si fuerit for:
tuna significat incolumitatem sue complexi:
onis et equalitatem necnon profectum et uti:
litatem secundum quantitatem illius fortu:
ne in circulo. Ut si fuerit in domo sbe
significat substantiam in domo 10 regnum
et bonum a rege. et sic de aliis. Deinde di:
rige dominum signi ad bonos vel ad malos
secundum eundem modum quo omnibus 59 utis

et 8ª 2ª diem viii. Et notandum quod si in revolutione anni fuerit dominus tertius in 1º ab ascendente nativitatis, aliquis fratrum etiam in eodem anno morietur. Similiter si dominus tertius radicis nativitatis fuerit in 1º revolucionis, eo quod sit 8ª 3ª ascendentis sicque facies in aliis. Preterea quedam pars sapientum dicit quod secundum ut rem sciam ascendens nati ad sciendum esse nati eius per hunc modum debeat dirigi. Subtrahantur gradus ascentis a gradu planete immediate sequentis vel radius eius. Et si fuerit planeta vel radii eius in eodem signo cum gradu ascendente, dicimus quod ascendens disponit natum per coinunctionem vel aspectum planete subsequentis per tot annos quot sunt gradus inter illos. Sed si fuerit planeta vel radii eius in signo secundo ab ascendente, dicimus quod ascendens secundum naturam suam disponit eum per tot annos quot sunt gradus usque ad finem signi ascendentis. Deinde ascens per coniunctionem vel radios planete in secundo signo existentis disponit per tot annos quot sunt gradus ab inicio secundi signi usque ad planetam vel radios eius. Si autem in gradu ascendentis fuerit planeta, non erit opus ascendenti in directione, sed planeta talis.

eodem modo dirigatur. Deinde subtrahat
locus planete vel radiorum ad quem ultimo
pervenit directio, a loco planete iterum sub:
sequentis vel radiis eius. et remanet distan:
cia inter illos. Tunc planeta vel radii ~~eius~~
cuius anterior erat locus disponit natum per
tot annos per coniunctionem vel radios planete
subsequentis quot fuerint gradus inter illos,
Et sic consequenter est faciendum usque ad finem
duodecim signorum. Notandum etiam
quod si planeta a quo fit directio. et ille ad
quem dirigatur. Non fuerit in eodem signo,
non erit propterea eis. Sed anterior per ~~prima~~
propria natura disponit usque ad finem signi
in quo est. Deinde ille idem in virtute
planete subsequentis disponit per gradus re:
liquos. Quidam autem multiplicant gradus
inter planetas vel eorum radios inventos per
12. scilicet quod omnibus 30 gradibus dat annus unus
et dicunt quod tot dies disponit planeta a quo
fit directio quot exeunt in producto. In re:
volucionibus autem anni precedentem sequimur modum
videlicet dirigendo gradum ascendentis re:
volucionis ad planeta vel radios proximi:
ores. Et dicamus quod ascendens vel planeta
si in gradu ascendentis fuerit disponit eum

in natura subsequentes per tot dies quot
fuerint gradus equales inter illos. Et
sic consequenter per omnes aspectus secundum
modum superius ostensum. nisi quod ibi pro gra
dibus distantie sumantur anni, hic autem
dies. et in aliis non differt. Amplius ante
dominus orbis .i. dominus hore natiuitatis considerretur
Detur quoque dominus hore prime ascendenti in anno
primo natiuitatis. et significabitur per esse
illius sanitas et infirmitas corporis nati sic
per dominum ascendentis significabantur in radice
Deinde detur dominus secunde hore domini secunde ab ascen:
dente in anno secundo. et significabitur per esse
suum in secundo anno esse substantie atque
lucri: sicut per dominum substantia radicis si:
gnificabitur. Post hoc dabis dominum tercie
hore: dominum tertie ab ascendente. et significa:
cabitur per esse illius in tertio anno esse fra:
trum et sororum. sicut per dominum tertie radicis
significabatur. Eodem quoque modo fiat per dominum
quarte hore in quarto anno ad esse patrum
Et per dominum quinte hore in anno quinto in
esse filiorum. et sic consequenter usque ad finem
vite. hoc est autem unum de secretis ~~ut dixit hermes~~
et occultis sapientum Babilonie ut dixit hermes
quod non nisi meretricibus communicare nolebant

dominus hore
q. scilicet

secunde

De scientia sanitatis nati et infirmitatis prosperitatis et infortunii in temporibus suis ex directore gradus ascendentis

Universis est visum quod dirigatur gradus ascendens secundum doios terminorum ad malos et ad fortunas atque radios eorum. Cum si contingerit quod divisor sit malus fueritque divisio in radios malorum quantia in hoc angustias et mala continentia, infirmitatem quoque corporis et corrupcionem eius secundum qualitates naturarum malorum et quantitates. Si vero divisor fuerit malus et radii fuerint fortune, erit eius esse levius ut infirmitas cum salute et paupertas cum temperantia. Si autem fuerit divisor fortuna et similiter radius, eveniet nato bonum et salus in corpore atque divitie secundum statum et gradum suum. Et huius rei scientia est ut consideretur in cuius planete termino sit gradus ascendens in radice nativitatis. Deinde subtrahantur ascensiones gradus ascendentis ab ascensionibus finis termini eiusdem secundum circulum obliquum et gradus. Remanentes sunt gradus directionis. Accipiatur igitur pro quolibet gradu annus unus et pro quibuslibet quinque minutis radicis unus et pro quolibet ...

minuto sex dies. et pro quolibet secundo du:
as horas et 24 minuta. Diciturque dominus termi
illius dispositor annorum sive divisor. quod
apud Arabes Algebuthar sonat Deinde subtraha:
tur ascensiones finis termini sequentis ab ascen:
sionibus finis termini precedentis. et rema:
nent gradus directionis ut prius. Eodem
modo fiat de reliquis terminis usque ad finem
vite. Et si fuerint in eodem termino radii
alicuius planete. Ille dicitur dominus radiorum
in divisione. Et quocienscunque pervenerit dire:
ctio ad corpus: vel radios infortune. eveniet
nato infirmitas. vel impedimentum in corpore
suo. secundum naturam illius infortune. nisi
benivoli respexerint locum illum. Si autem uterque
fuerit fortuna. scilicet divisor. et ad quem perve:
nit divisio. et erit vita eius in tranquillitate
et prosperitate. Cum autem pervenerit directio
vel perfectio ad aliquem gradum termini vel
signi. fueritque ibidem alius planeta. vel ra:
dii eius post ipsum gradum in eodem. Scireque
velimus quando pervenerit directio vel
profectio ad ipsum sive ad radios eius: mul:
tiplicemus gradus distantie inter eos per 12

p 4 horas

et sextam unius .i. dabimus unicuique gradui
12 dies et 4 horas. Tunc provenient di:
es a principio anni. usque ad tempus in quo
venerit directio vel profectio ad planeta
vel radios eius. Quare autem cuilibet gra:
dui dantur 12 dies et 4 hore. Ratio autem
est. quoniam hoc modo in fine anni complebitur
unum signum. quoniam si multiplicati fuerint 30
per 12 et sextam unius provenient 360
dies qui sunt anni unius. Preterea dominus
radiorum si fuerit prope gradum divisoris:
sive fuerit velocior sive tardior. necesse est
ut eat divisor per radios eius. et iungatur ei
Et quando pervenerit ad radios vel corpus
si fuerit fortuna significat dilatacionem vite atque:
sicionem atque profectum in substantia. eius secundum
planete. et in aliis que ad eum pertinet ex
domibus circuli: cum salute sui corporis
et equalitate sue complexionis. Si vero ma:
lus fuerit/ significat occupacionem et infirmi:
tatem atque morbum ex substantia planete et
in eis que ad eum pertinent. ex domibus circuli
Et si fuerit dominus domus substantie paci:
etur in substantia sua. Et si fuerit domus

filiorum mosvietur vnus ex filiis eius. Si fu:
erit dominus domus regie impediet eum rex
et sic de aliis. Particeps vero seu receptor di:
sposicionis est ille cui iungitur divisor. postquam
transierit unconem radiorum qui si fuerit
malus et dominus radiorum similiter malus
Mutaturque de anno malo in aliud antequam fi:
niatur divisio fortune interficiet eum. Na
antiqui dixerunt natum moriturum. si fuerint
[illegible] omnes quatuor mali. scilicet divisor. dominus ra:
diorum. receptor. et dominus anni. Et si fu:
erint omnes fortune significat dilatacionem
vite et continencie ultra modum atque divici:
as maximas. Et si fuerint tres mali et unus
bonus erit plus malum quam bonum. Si vero
tres boni et unus malus fuerit. erit plus
boni quam mali. Et si equales fuerint for:
tune et mali bona et mala erunt equalia
Et cum hiis commiscetur signum profectionis
Quod si fuerit ex signis in quibus erant corpora
malorum. vel quarti aspectus vel oppositi
in radice nativitatis. augetur malum et acce:
lerant perdicionem. Si vero fuerit ex signis
in quibus fuerint corpus fortunarum. aut

eorum radii · et nō aspexerint ipm mali
erit annus ei salubris et profectus magnus
Profectio quoqz in simili gradu atque
minuto est signi ascens. Dando cuilibet
anno 30 gradus, Unde dns signi illius
Dominus anni dicitur · De hoc autem
plius infra dicemus

De Divisore

Quod si pro aliquo anno divisorem seu dispo:
sitorem gradus ascendentis habere cupis. tunc
habeas Nativitatem · in qua: gradum et signum
ascendentis videbis. Nam cum eo intrabis in
tabulas ascensionum obliquarum: signum ascen
dentis in fronte tabule: gradum vero in linea
prima sinistre partis: quere et in communi angulo sume
ascensionem obliquam: quam servabis. Demum
ad annos propositos pro quo vis divisorem ascen
dentis habere: deme ab annis quibus facta
est nativitas alicuius nati: et quod manet, adde
ad ascensionem obliquam servatam. cum quo
aggregato introitum facies in easdem tabulas
ascensionum obliquarum arcualiter · quaerendo

in propria forma (si fieri potest) tandem
a latere eiusdem ascensionis obliq: realiter
44 a latere:
invente gradum: et signum infronte accipe
Nam tale signum: cum eodem gradu: erit
divisor. hoc est planeta: qui habet termi-
nuin, in signo: ac gradu ascendentis

Alqohutar
Dispositor
divisor

Hoc tamen alte memorie servandum est
quod cum vis divisorem ascendentis habere:
vide sub quo polo nativitas facta est: ut si
Cracovie tunc sub polo 50 gradus
Quod si divisorem decime domus vis habere
tunc semper introitum facies in tabulas
ascensionum ~~obliquarum~~ rectarum Et hoc
idem et de quarta domo intellige fieri



In Alech inveniendo

directiones

Nativitates status negotia opera facundias complexiones intellectus hominum sunt in quattuor modis directionum. Primus scilicet ab uno planeta ad alium vel ad aspectum eius. Secundus est ab uno quoque planeta ad quamcumque stellam fixam magnarum que sunt circa zodiacum. Tertius est a planetis vel stellis fixis ad angulos vel ab angulis ad stellas fixas vel planetas. Quartus est a planetis usque ad exaltaciones earum vel aliorum vel ad casus eorum vel usque ad partes. Et iste directiones sunt duplices. quedam scilicet extra successionem signorum et vocatur directio sinistra et significat opera que homo debet recipere et operari et facere negotia sua. Secundus modus est retro contra ordinem signorum et vocatur directio dextra: et significat signat res quas debet pati et sufferre et recipere et que dabuntur ei et que fient ei vel dicent ei alii homines. Et cum accedit planeta aliquis per suam directionem ad locum alterius planete vel radium in nativitate sicut sextilis quartus vel trinus Vel ad directionem aspectus alterius planete signat opera que homo debet facere secundum

Modi directionum quatuor

primus

secundus

tertius

quartus

directiones duplices

naturam ipsius planete qui facit ipsam dire-
ctionem versus naturam ~~versus naturam~~ pla-
nete ad aspectum cuius ipse accedit. Et enim
accedit planeta per directionem suam dextram
ad gradum qui est in aspectu alterius pla-
nete in nativitate, sicut sextilis trini vel
quarti. Vel ad directiones illorum, signat
opera que homo debet pati vel facere secun-
dum naturam planete facientis directionem.
Et ad cuius aspectum accedit planeta ipse.

Quid sit directio dextra et sinistra

Et enim obviant se directiones scilicet dextra u-
nius planete, cum sinistra alterius plane-
te, signat res amborum de natura planeta-
rum rasonem vel causa proprietatum domo-
rum in quibus fuerint ipsi ambo in nati-
vitate hominis. Sicut si directio corporis v-
nius planete, accederet ad corpus alterius
planete. Signat opera que ipse homo debet
pati vel facere. Et quando directio v-
nius planete, veniat ad aspectum sinistrum
alterius planete, signat opera que ipse ho-
[mo] faciet secundum naturam amborum planeta-
rum. Et aspectus unius illorum scilicet qui fue-

Quando directio unius planete venit ad aspectum sinistrum alterius

rit. vel ad quē aspectū accessit directio
alterius. Et quando directio dextra
unius planete venerit ad aspectū sini-
strū alterius planete, signant res de na
natura ambarū domorū et planetarū
de natura aspectus eius ad quē accedit
directio alterius, quas homo debet pati
causa sine cā sicut morbus et mortē domini et
alia naturalia accidentia secundū rati-
onem et proprietates domorū, quibus
extiterunt ipsi planete in nativitate
hominis. Et cum directio dextra uni-
us planete accesserit ad aspectū sinistrū
vel directiones aspectus sinistri alteri-
us planete. Vel quando directio sinistra
unius accesserit ad aspectū dextrū alte-
rius, signat opera que homo debet fa-
cere et pati mediantibus quibus de-
bet habere premiū, vel penam. Vel ami-
ttere vel optinere aliquid secundū na-
turā ipsorū planetarū, et aspectus unius
obviantis, directioni alterius, vel in
ratione aut per causam nārū domorū
quibus extiterunt ipsi planete in na-
tivitate ipsius. Et cū accesserit plane-
ta ad gradū oppositū directioni alte-
rius planete, significat malū ~~de nūris~~

Quando Saturni directio venit ad Jovem vel aspectum eius.

de naturis amborum domorum exigida ipsorum. maxime si directio alicuius illorum fuerit cuiusdam infortune. Et notandum quando Saturni directio accesserit ad Jovem, vel ad malum eius aspectum, signat malivolencias et deposiciones et privationes dignitatis et officii et amissionem fructus. et morbos et mortem, secundum naturam domorum, in quibus sunt in nativitate hominis vel secundum naturam domus que fuit in nativitate hominis gradus accessionis directionis ~~dicte~~ predicte, et secundum naturam revolutionis solis. et erit significatum eius in eodem anno. Sed cum accesserit directio Saturni ad aspectum bonum Jovis. significat ipsum hominem dare vel dimittere suum aliis hominibus. At vero cum accesserit directio Saturni ad martem vel ad eius malum aspectum, signat ~~mali~~ dampnum in complexione et destructionem in hereditatibus. et amissionem cum causa traditionis vel dedecoris. vel infirmitatis. aut mortis malae secundum ~~revolutio~~ significatum revolutionis solis in eodem anno. et secundum naturas

h ad 7

[illegible] ad [illegible] aplicant, [illegible]
[illegible] aplicant [illegible]
[illegible] ad [illegible], oppositum [illegible] idest

domorum quibus ipsi fuerint in nati-
vitate hominis. **Sed cum** accesserit dire-
ctio Saturni ad bonum aspectum eius mar-
tis signat facere aliquam falsitatem vel
malum causa adiuvandi alius. vel causa bene-
faciendi eis. Sed cum directio martis acces-
serit ad quartum Saturni, significat face-
re falsitatem contra inimicos, rationes illorum

Quando autem directio Saturni accesserit
ad solem. vel ad malum eius aspectum, sig-
nat inimicitiam. vel malivolentiam. vel
depositionem aut privacionem dominii. honoris.
et potestatis, morbi vel mortis, et signat
defectus et privacionem sensus membrorum
vel virtutis. vel fractionem, aut morbum
aut mortem. secundum naturam domus, in
qua est gradus, ad quem accedit directio in
revolucione, et secundum significatum revolu-
cionis ipsius anni. Sed quando directio
Saturni accedit ad bonum aspectum solis, si-
gnat bonum ex parte mortis ipsius patris:
vel domini. vel alicuius persone de qua
hereditabit aliquid, Si vero directio Sa-
turni ad venerem. vel ad malum eius aspec-
tum accesserit, signat malum et damnum
ex parte mulierum. vel morbum, vel mortem
et fractionem, causa mortis domine, vel
matris, vel mulieris attinentis. Et cum

[Right margin:] [illegible] vel o[illegible] [illegible] aplicant [illegible]

♄ ad ☉

♄ ad bonum aspectum solis

Directio ♄ ad ♀

Accesserit ad suum bonum aspectum signat habere
aliquid per mortem mulieris secundum
naturam domus in qua fuit gradus, ad quam
pervenit directio in revolucione ipsius anni,
et secundum significatum revolucionis ipsius anni
Et sic ut intelligo dicere in omnibus aliis pla:
netis seu omnibus istis ~~directionibus~~ con:
♄ ad ☿ dicionibus. Saturni autem directio
Cum ad mercurium. vel ad eius malum as:
pectum pervenerit, signat damnum in in:
tellectu. vel loquela hominis, vel in suis
♄ ad ☉ scientiis. vel in memoria eius. vel habe:
bit oblivionem. Sed si ad eius bonum aspec:
tum pervenerit, signat pulchras rethori:
cas, et cantiones ~~philozophias~~, et ~~scientias~~
♄ ad ☽ scientias, sine lucro. Ad lunam vero
Cum directio Saturni pervenerit. vel ad
eius malum aspectum. signat damnum in so:
cietatibus. et in vassallis, et in servis. et
in bestiis ipsius hominis que morientur. etiam
signat mortem ipsius hominis, vel damnum
ex parte legis, vel quod amittit fructus terre
causa tempestatis, et cum pervenerit ad
suum bonum aspectum, signat comodum servo:
rum. et bestiarum, et natorum. vel comodum
♃ ad ♂ a ao ex parte legis Jupiter. Si autem directio
Jovis pervenerit. ad martem. vel ad ma:
lum

Saturnum domorum in quibus sunt in nativitate et secundum naturam signorum

